



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDXXXIV.

VD18 90392167

Q. 5. An ad remissionem venialium, etiam in justo, requiritur aliqua
pnitentia seu displicentia, ac retractatio vel formalis, vel saltem virtualis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41032

Q. 5. An ad remissionem venialium, etiam in justo, requiritur aliqua pœnitentia seu displicentia, ac retractatio vel formalis, vel saltem virtualis?

Resp. Aff. Ita commun. cum S. Thom. 3. p. q. 87. a. 1. Prob. 1. ex Script. quæ asserit indistinctè & generaliter Contritionem esse necessariam ad remissionem peccatorum. 2. Ex S. Aug. Epist. 48. Nec quemquam putes à quocumque seu magno seu parvo peccato ad correctionem sine Pœnitentiâ posse transire. & Serm. 1. in Psal. 58. Iniquitas omnis parva magna fit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine pœnitente, aut à Deo vindicante: nam & quem pœnitet, punit seipsum ... Non potest impunitum relinqui peccatum. 3. Sapientiæ & iustitiæ divinæ planè convenit, ut omnis Dei offensa propriâ voluntate admiffâ sine retractatione ac displicentiâ saltem virtuali non remittatur. Ergo rectè creditur Deus, qui connaturalem rerum exigentiam ac convenientiam semper servat, statuisse ut peccata etiam venialia non condonarentur sine aliqua eorum pœnitentia saltem virtuali: quæ consistit in actu supernaturali virtutis alicujus, vi cuius displiceret illud peccatum si memoriâ occurreret.

Q. 6. Quenam Contritio requiritur & sufficit ad justificationem in Sacramento Pœnitentiæ?

Resp. I. Ad valorem & effectum Sacramenti requiritur contritio formalis, interna, superna: